

EXPOSITIO.

bet beneficium, & affabile: Cur eam minis non compellit ad panem præbendam? poterat ei dicere: Da mihi panem: & si non dederis, ignis descender de cælo, & devorabit te: at hac severitate prætermittit, multa beneficia pollicetur? Ad coercendam grassantem idololatriam in populo Israël comminatur prohibitionem pluvie, ut terreret idololatrias, & ut ad auctoritatem Prophetarum proficeret, ut notat Abulensis 4. Reg. 1. quæst. 18. ignem adducit de cælo super quinquagenarium, ejusque milites. At, ut mulier alliciat, ad actum charitatis, ut hominem famelicentem cibaret, & ad actum misericordie incitaret, ut peregrino hospitium exhiberet, fontes fatinæ, olei, ne torrentes donorum, ut meditarer Theodoretus 3. Reg. quæst. 52. pollicetur. Quando Propheta totus adducitur, ut idololatriam, & contemptum Prophetarum intercludat, & evellet, ignes, famem, & rigores objicit; at dum se convertit, ut ad actum virtutum mulier inducatur, favores, & benedictiones expandit, & diffundit. Unde ait D. Bernard. ferm. 40. Benignitas attrahit; timor malos gressus anima, ne ulterius in crimina ruat, sistit.

Abulens.

Theodor. Supplicium detinet, benignitas attrahit. Bernard.

56. Psalm.

Chrysof.

Beneficiis reconciliatur animus.

Idem.

Regius vates Psalm 7. num. 11. ait: Insulam ad iutorium meum à Domino, qui salvos facit rectos corde. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & paravit illum: & in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit, &c. Ubi totus est Propheta, primo loco in numerandis beneficiis, & favoribus in justos collatis; nam illis Dei adjutorium est certum, & tandem eos salutis dono remunerat. Et statim vertit sermonem ad peccatores, nisi convertantur à viis suis pessimis; & multa in eos minatur supplicia; gladium vibrabit, seu ænet; arcum armavit, & paravit; vasa mortis apravit, & sagittas suas composuit. Sed ad quid tanta Dei præparatio, ut optime ait Chrysoctomus, cum solo nutu, & voluntate sua possit cuncta evertere? Deinde cur tantus est Propheta in numerandis beneficiis erga justos? Cur etiam non commemorat labores, quibus Deus aliquando permittit eos vexari? Cur de peccatoribus non apponit bona quæ sæpe obtinent itaut ipse Propheta dicat: Vidi impiam superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani. propheta, ut notat Chrysoctomus, totus erat, ut homines invitaret, & traheret ad virtutes amplectendas, & ad peccata detestanda; ut virtutes sectentur, beneficia, & Dei dona ante oculos ponit, ut animus illis excitetur; ut autem mala evitentur, supplicia objicit, ut homines terreantur. D. Chrysoctomus citatus. Miris est, & patiens, re adducens ad penitentiam. Et post aliqua subdit, Milites quidem ea de causa armantur, ut puniant: Deus autem non sic, sed ut cum reddiderit metu modestiores, abstineat manum à supplicio.

Matth. 5. a. 2. Et aperiens os suum docebat eos, dicens.

VERSIONES.

Syriacus. Et aperuit os suum, eosque docuit. Euthym Theophyl. Vatabl. Apertoque ore suo docebat eos.

DIVUS Ambrosius in cap. 6. Luca. Aperiens os suum, inquit, thesauros scilicet sapientie, & scientia Dei, reclusis adytis veteris templi; referavit: More Scripturarum hoc loquendi modo significat Evangelista, quod Dominus exorsus est loqui; & alta, ac grandia, atque profunda, quæ antea non fuerant audita, profert. Et docebat eos, scilicet discipulos, & turbas magnam & sublimem doctrinam, qua; ut ait Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte, tota vita Christiana perfecte instituitur.

QUESTIO IX.

Quare dicatur, quod Christus aperuerit os suum?

EVIDENS est, quod Christus, dum docebat, ac loquebatur, aperuit os; nam dicendo docebat: ergo ob aliquam specialem rationem dictum est, quod aperuerit os. Hanc rationem inquirimus.

Prima, & germana solutio. Aperire os, secundum phrasim Scripturæ, est principium loquendi facere. Job. 3. num. 1. Post hoc aperuit Iob os suum. Judic. 11. num. 35. Aperui os meum ad Dominum. Ecclesiast. 51. num. 33. Aperui os meum, & locutus sum. Dicitur ergo, quod Christus aperuit os suum, id est principium dicendi habuit. Nam licet antea locutus fuerit, sicut & Job multa antè dixisse narratur cap. 1. & 2. sic & Christus dicitur, quod aperuit os suum, ut ait D. Hilarius, quia multa, & alta mysteria aperuit, quæ antea tacerat. Et ut ait Abulensis quæst. 14. licet enim Christus ante hoc prædicaverit, non legitur tamen dedisse aliqua præcepta specialia, sed hic dicitur, incepisse dare legem, ut omnes asserunt. Augustinus verò, lib. 1. de serm. Domini in monte. D. Anselmus, Haymon, conjiciunt significari hinc longitudinem sermonis, quia antea tam longum sermonem non habuerat. Ad hic modus loquendi simpliciter principium dicendi significat.

Secundò, D. Augustinus citatus, D. Gregorius Magnus in cap. 3. Iob. Angelomus in cap. 1. Cam. Ansbertus lib. 1. in Apocal. D. Bernardus Serm. de omnibus Sanctis. S. Thomas, & alii. Aperuit nunc Dominus os suum, antea enim locutus fuerat per Angelos, vel Prophetas; nam lex vetus non est data à Deo per semetipsum, sed per Angelos, ut ait beatus Stephanus Act. 7. num. 38. & 53. ut Paulus ad Galat. 3. num. 19. Postea verò omnia, quæ Deus illi populo mandaverat, per Prophetas suos manifestavit. Nunc autem Deus locutus est, non per Angelos, non per Prophetas, sed per semetipsum, ut patet ex Apostolo ad Heb. 1. n. 1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in filio.

Tertiò, D. Chrysoctomus homil. 15. Cujus, ait vel gratis videtur adjunctum: Aperiens os suum? Ut proculdubio disceres, quia non, cum loqueretur, solum, sed etiam, cum taceret, docebat: tunc quidem

Euthym. dem os aperiens, nunc verò ipsis operibus vocem mittens. Eodem ferè modo respondet Euthym. Quam ob causam ait Evangelista, quod os suum Christus aperuit? Quia etiam non aperto ore docebat eos operibus. Verus Præful, verusque Prædicator non solum docet ore, & sermone, dum fatuit, sed etiam, dum taceret, opere, & exemplo.

Quartò, D. Remigius. Ubicumque legitur, ait, Dominum aperuisse os, inspirandum est, quia magna sunt, quæ loquuntur. Per hanc autem designationem magnarum rerum redditur lector attentus, quasi magna sint, quæ legit. Quintò, D. Paschasius lib. 3. in Matth. Aperui, ait, oris januam, ut fluentia efferret abissi; aperit ostium thesaurorum, ut dona divideret universis: quia quidquid à sæculo promissum fuerat, in eo quasi sigillo claudebatur. Unde, cum referavit mystica sapientia documenta, rectè os aperuisse dicitur, quos fluere, quasi ex uno paradiso fluvius, ex quo non solum Apostoli, verum omnis Ecclesia seculorum rigata vivet. In Christo omnia mysteria, quæ erant à sæculo promissa, claudebantur: aperit os Dominus, dum se ipsum manifestat, dum fluenta sapientie, & gratie ab ipso dimanant, & derivantur in omnes, non solum familiares, & amicos, ut Apostolos, sed etiam in omnem Ecclesiam fidelium.

Sextò, Rupertus lib. 5. de gloria, & honore filii hominis. Quod est istud os Domini, nisi Scripturæ, per quas nobis loquitur spiritus Domini. Ista clausæ fuerunt, & signatæ pro ratione temporis. Ita dicitur Daniel 12. n. 9. Clausi sunt, signatique sermones usque ad præfixum tempus. Quomodo; vel quibus Scripturæ Christum prænuntiantes clausæ erant: Utique spiritalia sic annuntiando; ut carnalia sonare viderentur; illis præcipue, ut Judæis, quorum carni subditus, & terrenis cupiditatibus deditus erat animus. Exempli gratia: Dominabitur à mari usque ad mare; hæc Judæi legentes, non spiritualiter, sed materialiter intelligebant, sperantes Messiam temporaliter regnaturum; & seiplos multis divitiis prosperandos fore. Sed tunc os Domini, scilicet Scriptura, erat clausum, quod modò aperitur, & ait: Beati pauperes spiritu. Ita Rupertus.

Septimò, Aperuit os suum. Quia multi sunt, qui dum loquuntur, non aperiunt os suum, sed alienum; quia verba dicunt aliorum, non sua. Sic Aaron ex ore Moyse loquebatur ad Pharaonem. Dixit ei Deus: Aaron frater tuus erit Propheta tuus: Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi; & ille loquetur ad Pharaonem; Exod. 7. n. 1. Sic & mulier Thecuita ex ore Joab loquitur ad David: Servus tuus Joab ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. 2. Reg. 14. n. 19. Sic & Jacob à matre Rebecca edoctus, & instructus benedictionem à patre impetrat. Unde, cum ipse timeret, hoc præsumere, & intentare, ne in patris maledictionem incurreret, ei dixit mater: In me sit ista maledictio, fili mi, tantum audi vocem meam. Genes. 27. n. 13. In quo, ut notat D. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 48. eximia charitas matris in filium eluxit; & se bene maledictioni subiecit, quæ natum suis verbis excitaverat ad perendam benedictionem, quamvis alias ipsa Dei promissis editens, qui dixit: Major serviet minori, certa esset, quod nulla maledictio eveniret.

Multi loquuntur per os alienum.

Exod. 7. 2. Reg. 14. Genes. 27. Pelusiot.

Loquitur Dominus per semetipsum, non per Prophetas.

Sylveira in Evang. Tom. 1. 1.

Matth. 5. n. 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

VERSIONES.

Aegyptius. Beati pauperes in spiritu. D. Chrysoctom. Beati egeni, vel beati in Imperfect. mendici, quoniam illorum, &c. ex Græco.

ALTER TEXTUS.

Luc. 6. num. 20. Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.

EXPOSITIO.

COMMENDAT Dominus hic paupertatem, quæ dicit abnegationem, ac renuntiationem honorum temporalium, ut clarius habet Græcos: Beati mendici, seu egeni. Et non qualemque paupertatem laudat Dominus, sed eam, quæ est in spiritu, id est, quæ est ex voluntate, & spontanea intentione, ut indicat illa particula, spiritu; qualis erat paupertas Apostolorum, qui voluntate, relictis omnibus, secuti sunt Dominum. Et eos beatos dicit, quia per paupertatem, ut explicat Abulensis, habent proximam, & rectam viam ad beatitudinem, Et, ut ait Chrysoctomus homil. 15. Non dixit Dominus: Beatus ille, & ille: sed quicumque ista fecerint, omnes beati, sive nobiles, sive ignobiles. Dona enim sua, non ad aliquos restringit, sed ad omnes extendit. Et tantæ virtutis ponit præmiam, subdens: Quoniam ipsorum est regnum cælorum. Jam nunc eis debetur, certi sunt, se accepturos esse regnum cælorum, quod jure paupertatis ipsorum est, ut explicant Hugo, & Hugo, Caietanus. Et rectè regnum cælorum eis promittitur: si enim propter Dominum divitias, ac breves sæculi honores contempserunt, ab ipso Domino accipient regnum cælorum, & vitam æternam, in qua sunt veræ, ac perpetuæ divitiæ, & honores. Multa alia in quæstionibus require. Et quamvis sermo, relatus à D. Luca, sit distinctus, ut dixi, tamen ea, in quibus habet similitudinem, appono ob brevitatem, ne iterum repetam.

QUESTIO X.

Quare Christus Dominus hic proponat premium unicuiqueque virtutis, ac beatitudinis.

UT hæc virtutes amplecterentur ab hominibus, videbantur abundans, quòd Christi exhortatio.

exhortatio proponeretur, ac quod ejus beneplacitum esset ante omnium oculos. Ad quid ergo Christus Dominus unicuique virtuti suam assignat primum.

67. Abulens.

Speret primum maxime facilitat ad difficultates superandas.

Deus ita liberalis, ut pro uno obsequio duplex det primum.

68. Chrysof.

Fecundus sermo donis promissis plenus.

69. Differentia inter Jobum, & Apostolos.

Idem.

Ego virtute magnorum virorum, animus aliorum non est mensurandus.

virtute eximia perfectissimorum virorum, aliorum animus est metiendus: Non enim ubique Paulus; non enim ubique Petrus, &c. Admirabilis virtus Job in certamen descendit absque praecognitione pugnae, & praemij; & cum esset valde excellens, per se stat firma, atque stabilis. At vero cum hominum, turbarumque instruitur multitudo. Quorum anima infirma sunt, valde docet, ut praemiis corroborentur, ac coronis armentur, ut his animus infecatur sudoribus, ac pugnis non succumbat; sed spe lucri firmus, ac inconcusus consistat.

Deinde expende illa verba S. Doctoris, Solus Job certavit, pro semetipso sudavit: Apostoli autem erant pracones terra, orbisque doctores. Jobus profecto tuendo pugnavit. At multi fideles, qui hic etiam in Apostolos instruebantur, ut pote futuri orbis doctores, certamen erant suscipiendi pro aliis; idcirco valde convenienter fideles de turba praemio inde reportando animantur, quia si homines pro tuenda anima sua non repugnent certamini se committere; tamen ut pro aliis pugnent illi, qui non sunt valde perfecti, ut erant Apostoli, multa exoptantur.

Quarto, Ad quid tanta coronae promissio? Nonne isti erant Domini discipuli? Sacerat eis, quod explicata esset magistri voluntas. Ad quid tanta praemij stipulatio? Discipuli adhuc erant imperfecti, nondum Spiritus sancti gratia expositi; & ut jam notavi, non dicuntur accessisse ad Dominum, cum in montem ascenderet, quod erat sudoris, & fatigationis occasio; sed cum sedisset, quod requiem denotat: Cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Ex quo optima consequentia deductum est; eos qui in molestia, ac pressura non allociantur, nec etiam semetipsos sudoribus, ac adversitatibus pro Domino esse committendos. Et ideo valde conveniens videtur, ut praemiis objectis consolidentur, ac animentur ad labores sufferendos, atque ut cum Domino persistant in multis contra Judaeorum machinationes adversitatibus.

Conferendum, quomodo pia anima Deum quaerat in Psalmis, & Canticis. Ait Psalm. 76. num. 2. In die tribulationis meae Deum exiisti manibus meis. Cant. 3. num. 1. Inquit eadem anima iusti: In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea. Quae Gheslerius ibidem exponit. 3. Ubinam ipsa anima fuerit amore ferventior? Et quamvis videatur pro Davide sententiam ferre; nam ipse quaesivit per diem, manibus operum plenis; sponsa vero quaesivit per noctem, ac in lectulo; tamen Gillibertus Abbas serm. 3. in Cantica, quaestionem resolvit pro sponsa. Et optime hoc comprobatur ex praemio assecuto. Nam sponsa, cum se aliquantulum inclinasset, suum reperit dilectum: Paululum cum petransisset eos, inveni, quem diligit anima sua, ibidem num. 4. At David longas querimonias excitat ob repulsa, quas patiebatur. Unde dicebat: Nunquid in aeternum projecit Deus, &c. eodem Psalm. 75. a n. 8. Sed unde rellucet magis amor sponsae, quam Davidis? In quo est major ejus excellentia? David quaesivit Deum in die tribulationis meae; ob proprium commodum, ut a Domino impetraret auxilium, ut a sua pressura, & tribulatione se eximeret, ac requiem in Deo inveniret; ac sponsa sui dilecti amore val-

70.

Homo pro vita sua facile pugnat, ut pro aliis deceret. requiruntur multa.

71.

Qui labores refugit nisi lucro animentur pro se non pugnat.

72.

Psalm. 79. Cant. 3.

Gheslerio.

Gillibertus.

Psalm. 75.

necata

Perfectus amor non suum commodum quaerit, sed ut dilecto serviar. Cant. 4. Gillibert.

73.

Matth. 16.

Joan. 1. Chrysof.

Valde laudabilis amicus, qui non in serenitate, sed in adversitate agnoscitur.

74.

Difficultas quaestio.

nerata cum quaerit, abjecta proprii lectuli requie, & teneitudine, injurias custodum civitatis parvipendens, dum audit suum dilectum noctis rigore, & inclementia laborantem, & fatigatum. Capite meum plenum est rore, & circum mei guttis noctium, Cantic. 4. num. 2. Et ille amor est multo excellentior, & maxime fidendum, qui quaerit, non ut requiem inveniat, sed ut obsequia praestet. Gillibertus citatus, post adductum Psalmi locum. Longe differuntur quatenus ratio nunc a sponsa proponitur. Nam non impellit afflictio, sed trahit affectio. Ite in Psalmo quaerit adversus tribulationem: ista ad amoris usum, & oblectationem. Ad hoc enim refertur & quietis lectulum, ut quem diligit, inconcusse recolat, & dulciter sentiat. Ergo multo potius in diligente, quam in indigente quaerendi ratio.

Illi amicitia est maxime fidendum, ac magna committenda, quae non in oblectatione ac serenitate, sed in adversitate, ac contrarietate quaerit, & conficitur. Publica voce proficitur Petrus, Christum esse filium Dei. Unde a Domino maxime laudatur, eique regendam tradit Ecclesiam suam. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, Matth. 16. n. 18. Nathanael etiam fateatur Christum filium Dei; Rabbi, tu es filius Dei, Joan. 1. num. 52. Et tamen a Domino non laudatur. Quae Chryso-stomus hom. 55. in Matth. Cor Petrus ita encomiis exollitur, non vero Nathanael, cum Petrus confessus sit Dominum post multa miracula, & mirabilia visa, quae Nathanael adhuc suis oculis non viderat? Cor ergo ille ita voce Domini sublimatur, & non ille? Nathanael Christum agnoscit filium Dei, quando Baptista clamans, digito ipsum ostendebat, dicens; Ecce agnus Dei; & quando odium Pharisaeorum adhuc non erat executum in Christum. At Petrus cum fateatur Filium Dei, quando in Christum totus mundus erat armatus, & Pharisaei mille persecutiones, ac machinationes in ipsum tendebant; & populus in multas opiniones scindebatur; Aij Eliam, alij Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Et maxime laudabile, ac amoris est indicium, Dominum sequi, & profiteri, potius dum omnes adversantur, ac contrariantur, quam dum omnes applaudunt, & recognoscunt: nam illinc adversitatibus, ac contrarietatibus te committis; hinc vero securus cum emolumento pergis.

QUESTIO XI.

Quare Dominus in his praemiis conferendis non se declarat auctor.

In his beatitudinibus explicandis; Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, &c. Cur non non enucleat Dominus, a quo regnum caelorum sit accipiendum? a quo terra possessio conferenda? Cur ergo non pandit auctorem in his donis retribuendis, cum hujusmodi remunerationes a nullo alio sint concedendae, ac danda, quam ab ipsomet Domino? Cur non ait: Ego do eis regnum: Sicut in Evang. Tom. 11.

ego trado possessionem terrae: ego consolabor eos; sed suppresso auctoris nomine per tertiam personam loquitur?

Respondeo primo, quod est ad id magnum, & excellens praemium, quod pro nostris meritis Christus Dominus nobis concedit, ut, si diceret: Beati pauperes, quoniam ego do eis regnum caelorum: do possessionem terrae; intelligeret aliquis per hujusmodi loquendi modum, quod haec gratitudo, & liberaliter darentur, cum dare, seu donare, hujusmodi gratitudo, & liberalem concessionem importet, l. Molin. Senatus ff. de mortis causa donatio l. 20. Cod. de pactis. Et late explicat Molina disput. 273. a numero 1. Lessius lib. 2. cap. 18. numero 11. At vero cum Dominus dicat: Ipsorum est regnum caelorum, possidebunt terram; denotatur, ut explicat Cajetanus, & Hugo, quod jure paupertatis ac virtutis, ipsorum sit regnum caelorum, ac possessio terrae. Ut ergo Dominus indicaret, quod non tantum gratitudo, sed secundum jus, & justitiam regnum ei conferebatur, non ait: Do eis regnum, sed ipsorum est. Tanta est enim Domini magnificentia, ut non solum nobis sua velit donare, verum etiam nos nobilitare, ac extollere, cum ea, quae per merita dantur, maxime concederet.

75.

Molin. Lessius.

Deus ita sua dat dona, ut condiderit.

76.

Cajetanus.

Quod habetur ex jure, excellenter habetur.

1. Reg. 18. numero 21.

77.

Favor devotus meritorum coronam.

78.

Secundo, Remuneratio his virtutibus assignata valde magna est, ac praexcellens, & Dominus hic loquebatur cum discipulis, & hominibus, qui tanquam amici, ac familiares Dominum sequebantur; si ergo Christus diceret: De eis regnum caelorum, do possessionem terrae; suspicaretur aliquis, quod tantum donum, non ob meritum, sed potius ob gratiam, & favorem concedebatur. Ne ergo justorum coronae nobilitas deveniret, non apponit Dominus verbum, quod gratiam sonat, sed quod jus, & justitiam denotat.

Tertio, In explicandis mercedibus, ac beatitudinibus suorum justorum, cavet Dominus modum loquendi, qui denotat favorem, & gratiam; & utitur verbo innuente jus, & justitiam, ut hujusmodi Sanctorum remunerationes essent omni invidia, ac livore superiores. Nam sicut dignitas,